BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 79v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et lybamine. Die quinto offeres uitu-
los nouem arietes duos. agnos anni-
culos inmaculatos. xiiii. sacrificia-
q; et lybamina singulorum ꝑuitulos
et arietes ⁊ agnos rite celebrabis. et
hyrcum ꝓpeccato absq; holocausto se-
pterno sacrificioq; eius et libamine.
Die autem sexto offeres uitulos. viii.
et arietes duos. agnos anniculos in-
maculatos. xiiii. sacrificiaq; et liba-
mina singulorum ꝑuitulos ⁊ arietes ⁊
agnos rite celebrabis. ⁊ hircum pro
peccato absq; holocausto sempiterno.
sacrificioq; et lybamine eius. Die sep-
timo offeres uitulos. vii. arietes du-
os agnos anniculos inmaculatos
xiiii. sacrificiaq; et libamina singulorum
ꝑuitulos ⁊ arietes ⁊ agnos rite cele-
brabis. ⁊ hircum ꝓpeccato. absq; ho-
locausto sempiterno sacrificioq; eius
et libamine. Die. viii. qui est celeb-
rimus omne opus seruile non fa-
cietis. offerentes holocaustum in
odorem suauissimum domino. ui-
tulum unum arietem unum ag-
nos anniculos inmaculatos. vii.
sacrificiaq; et libamina singulorum
ꝑuitulos et arietes ⁊ agnos rite
celebrabis. ⁊ hircum ꝓpeccato. abs-
q; holocausto sempiterno. sacri-
ficioq; eius ⁊ libamine. XXX

Hec offeretis domino in sollem-
nitatibus uestris preter uota.
et oblationes spontaneas
in sacrificio in lybamine et in hosti-
is pacificis. Narrauitq; moyses fi-
liis israel omnia que ei dominus im-
parat. Et locutus est ad principes tri-
buum filiorum israel. Iste est sermo quem
precepit dominus. Si quis uirorum
uotum uouerit domino. aut se con-
strinxerit iuramento. non faciet irri-
tum uerbum suum. sed omne quod pro-
misit implebit. Mulier si quippiam
uouerit et se constrinxerit iuramento que
est in domo patris sui. ⁊ in etate adhuc
puellari. si cognouerit pater uotum q;
pollicita est. et iuramentum quo ob-
ligauit animam suam. ⁊ tacuerit. uoti
rea erit. quicquid pollicita est. et iura-
mentum quo obligauit animam su-
am ⁊ tacuerit uoti rea erit. quicquid pol-
licita est. ⁊ quod iurauit opere complebit.
Si autem ut audierit statim contra-
dixerit pater. et uota ⁊ iuramenta eius
irrita erunt. nec obnoxia tenebitur.
sponsioni. eo quod contradixerit pater.
Si maritum habuerit et uouerit aliquid.
et semel de ore uerbum egrediens ani-
mam illius obligauerit iuramento
quo die audierit uir et non contradi-
xerit uoti rea erit. reddet quodcumq; pro-
miserat. Sin autem audiens statim
contradixerit. et irritas fecerit pollicita-
tiones eius. uerbaq; quibus constrinxe-
rat animam suam. propicius erit dominus
ei. Vidua ⁊ repudiata quicquid uo-
uerint reddent. Vxor in domo uiri cum
se uoto constrinxerit et iuramento
si audierit uir et tacuerit nec contradi-
xerit sponsioni. reddet quodcumq;
promisit. Sin autem extemplo contra-
dixerit non tenebitur promissionis rea.
quia maritus contradixit. et dominus
ei propicius erit. Si uouerit et iuramen-
to se constrinxerit ut pecunium aut
ceterarum rerum abstinentiam. affli-
gat animam suam in arbitrio uiri e-
rit ut faciat siue non faciat. Quod si
audiens uir tacuerit. et in alteram diem
distulerit sententiam. quicquid uo-
uerat atq; promiserat reddet quia sta